

Cūchullin et Actus Boum Cuailngī fābula Hibernica

In terrā Ultōniā, in Hiberniā, habitat puer, nōmine Setanta. Setanta est fortis. Quōdam diē, vir, nōmine Cullānus, invitat Setantam ad cēnam. Cullānus tamen habet magnum canem, quī oppugnat Setantam.

Setanta subitō incipit trānsformārī. Setanta fit magnus et monstruōsus. Setanta manibus canem interficit. Cullānus et amīcī, videntēs Setantam, appellant trānsformātiōnem “tortum.”

Iam Cullānus inquit, “Meus canis optimus est mortuus. Quis domum meam servabit?”

Setanta offert servāre domum Cullānī. Iam Setanta appellātur Cūchullin, quod significat “canis Cullānī.”

Post multōs annōs, Cūchullin est fortis et pulcher, et quōdam diē pulcherrimam puellam videt. Puella est Emer. Cūchullin et Emer sunt captī amōre. Cūchullin vult dūcere eam in mātrimōnium, sed pāter Emeris nōn vult.

Pater Emeris inquit, “In terrā Scōtiā est bellātrix, nōmine Scāthach. Tē exercē cum eā. Postquam redieris, ducēs filiam meam.”

Iter ad Scāthachem est periculōsum. Pater Emeris vult Cūchullinem morī.

In itinere ad Scāthachem, Cūchullin videt virum, nōmine Ferdiam. Cūchullin et Ferdia fiunt amīcissimī. Iter est periculōsum, sed, cum Ferdiā, Cūchullin potest ire ad Scāthachem, quae consentit docēre Cūchullinem et Ferdiam.

Postquam Cūchullin sē exercet, Scāthach dat Cūchullinī pīlum, Gae Bolgam. Gae Bolga est mirabile pīlum quod est iactum pede et potest interficere omnēs quōs pulsat.

Dum Cūchullin in Scōtiā est, in Ultōniā, vir, nōmine Cruinnius, habet uxōrem, Macham. Macha secrētō est dea et iubet Cruinnium de eā nōn loquī. Cruinnius tamen inquit, “Uxor mea potest currere celerior quam equus!”

Rēx Cruinniō nōn crēdit et iubet Macham contrā equum currere. Macha est grāvida, sed nihilōminus equum vincere potest. Postquam vincit, tamen, Macha ad terram cadit et geminōs paritur. Macha virōs Ultōniānōs exsecrātūr sufferre dolōrī partūs et ēvānescit.

Iam prope Ultōniam est terra, Connācia. Rēgīna Connāciae est Meabha. Meabha vult esse dīvitior quam marītus, quī habet magnum taurum. Rēx Ultōniae quoque habet taurum māgnū, nōmine Donnum. Itaque Meabha Ultōniam oppugnat.

Mox Cūchullin ad Ultōniam redit et Emerem in mātrimōnium dūcit. Iam videt exercitum Connāciānum. Virī Ultōniānī rēgnū dēfendere nōn possunt

propter execratiōnem. Itaque Cūchullin prō exercitū in flūmine stat. Cūchullin clāmat, “Iubeō vōs pugnāre mē singulī!”

Cūchullin in flūmine contrā multōs Connāciānōs pugnat et multōs Connāciānōs vincit. Multōs mēnsēs pugnant. Iam Meabha iubet Ferdiam, quī in Connāciā habitat, Cūchullinem pugnāre.

Ferdia Cūchullinem amat et eum nōn vult pugnāre. Meabha inquit, “Sī pugnābis Cūchullinem, dabō fīliam tibi in mātrimōnium. Sī nōn, poetae dīcent tē esse perterritum.” Tandem Ferdia pugnāre consentit.

Hodiē, Cūchullin Ferdiam videt et miser est. Cūchullin Ferdiam amat. Ferdia et Cūchullin sunt fortēs. Trēs diēs pugnant. Diē, Cūchullin et Ferdia pugnant. Noctē, ūnā dormiunt.

Ultimō diē, Ferdia Cūchullinem vulnerat. Cūchullin in tortum incidit. Cūchullin, dēmēns, ad Ferdiam Gae Bolgam iacit. Gae Bolga Ferdiam interficit. Cūchullin lacrimāns fert Ferdiam ad terram.

Cūchullin est vulnerātus et multōs diēs quiescit. Meabha crēdit Cūchullinem esse mortuum et exercitum dūcit in Ultōniam. Mox Meabha Donnum capit.

Tandem execratiō Machae fīnit. Exercitus Ultōniānus statim Connāciānōs oppugnāre incipit. Mox Cūchullin bellum intrat et Connāciānī recēdere incipiunt.

Cūchullin ad exercitum Connāciānum currit et subito videt rēginam Meabham. Meabha mingit! Cūchullin pudet et Meabham ad Connāciam dūcit. Meabha Donnum domum fert, sed statim taurus marītī Donnum oppugnat. Donnus taurum interficit, sed quoque moritur.

Nēmō vītam in pāce fīnīvit.